§ Kadelous cancellarius vice domni (SI. D.) Herimanni archichancellarii[a] recognovit. §

Datum XVII. kal. april. anno dominicę incarnationis MXXXVIII[b], indictione VII, anno autem domni Chuonoradi[a] regnantis XIIII, imperii XII; actum Colonia; feliciter.

C.

(Unecht.)

König Heinrich III. verleiht der bischöflichen Kirche zu Bergamo die Grafschaft Bergamo.

Mainz 1041 April 5.

Urkunde des 11. Jh. in Diplomform in der Stadtbibliothek zu Bergamo (A). — Stumpf Reg. 2208.

(C.) § In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia rex. Servus servorum dei divino nutu et gratiam[a] spiritus sancti repletus infra suum palatium § sanctę Magatiensis[a] acclesię[a] dixit[c]: Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit michi? Signum salutis Christi accipiam et nomen domini in adiutorium invocabo[d]. Quoniam oportet domino unumquemque sollicite ac studiosę[a] servire et ínsuper[a] curam gerere et sollicitudinem habere de his, quae[e] lectio[e] sanctarum scripturarum nos ammonet dicens[f]: dum tempus habemus, operemus bonum, maxime in sanctis et venerabilibus locis, ut in die ultionis cum reprobis non dampnemur. Quapropter omnibus notum esse volumus nostris fidelibus presentibus scilicet et futuris, quod episcopus Uuido sanctę Taurinensis aecclesię nosterque fidelis nostrum petivit suffragium, uti pro amore dei et anime nostrę remedio[g] antecessorum et successorum nostrorum regum sive imperatorum sanctę Bergamensi[h] aecclesię in honore sancti et preciosissimi Alexandri martyris[i] Christi, ubi sacratissimum eiusdem corpus humatum quiescit, in qua gratia et auctoritate dei Ambrosius venerabilis episcopus pastor esse videtur, nostra regalia et magnitudines dignaremur concedere et confirmare comitatum eiusdem civitatis in omnibus ad se pertinentibus tam infra civitatem quamque et foris, donec compleatur

---

a) A. b) die letzte I mit hellerer Tinte, vielleicht nachgetragen. c) vgl. Psalm 115. d) über dem zweiten ‘o’ das Abkürzungszeichen einer Passivendung. e) ‘e’ und etwa noch zwei Buchstaben auf Rasur. f) vgl. Galat. 3, 10. g) dahinter fehlt etwa ‘nostrorumque’. h) dahinter ‘s’ ausradiert. i) ‘ty’ auf Rasur.